Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

a stella differt in claritate sic
et resurrectio mortuorꝫ Semi
natur in corruptione: surget in
incorruptionem. seminatur in igno
bilitate: surget in gloria Se-
minatur in infirmitate: surget
in virtute Seminatur corpus ani
male surget corpus spirituale Si
est corpus animale est et spiri
tale: sicut scriptum est. factus est
primus homo adam in animam vi
ventem: nouissimus adam in
spiritum vivificantem Set non pri
mum quod spirituale est: set quod animale
deinde quod spirituale. primus
homo de terra terrenus. secundus
homo de celo celestis Qualis
terrenus tales et terreni: et
qualis celestis: tales et celes-
tes sicut portauimus
ymaginem terreni portemus et
ymaginem celestis. hoc autem dico
fratres: quia caro et sanguis
regnum dei possidere non possunt
neqꝫ corruptio incorruptelam
possidebit ecce misterium vobis
dico. omnes quidem resurgemus
set non omnes immutabimur in mo
mento in ictu oculi in nouissima
tuba Canet enim tuba: et mor-
tui resurgent incorrupti: et
nos immutabimur. Oportet enim
corruptibile hoc induere incor
ruptionem: et mortale hoc
induere immortalitatem Cum
autem mortale hoc induerit
immortalitatem: tunc fiet ser
mo qui scriptus est. absorpta
est mors in victoria Vbi
est victoria tua. Vbi est mors
stimulus tuus. Stimulus autem
mortis peccatum est. virtus vero
peccati lex Deo autem gratias qui de-
dit nobis victoriam per dominum
nostrum ihesum xpm Itaqꝫ fratres
mei dilecti stabiles estote et im
mobiles habundantes in opere
domini semper scientes quod labor vester
non est inanis in domino

Capitulum xvi

De collectis autem quae fiunt
in sanctos: sicut ordina
ui ecclesiis galatie Ita
et vos facite. per unam sabbati
unusquisque vestrum apud se reponat
recondens quod ei bene placuerit: ut non cum venero tunc col
lecte fiant Cum autem praesens fuero
quos probaueritis per epistolas hos
mittam proferre gratiam vestram
in hierusalem Quod si dignum fuerit ut
ego eam: mecum ibunt. Veniam
autem ad vos cum macedoniam pertran
siero Nam macedoniam pertransibo
apud vos autem forsitan manebo
ul' etiam hyemabo ut vos me
deducatis quorumcumqꝫ iero Nolo enim
vos nunc transitu videre Spero enim
me aliquantulum temporis manere apud
vos si dominus permiserit. permanebo
autem ephesi usqꝫ ad pentheoste.
Ostium enim mihi apertum est magnum
et evidens: et adversarii
multi Si autem venerit Timo-
theus videte ut sine timore sit
apud vos. Opus enim domini operatur
sicut et ego Ne quis ergo illum
spernat. Deducite autem illum in
pace ut veniat ad me. expecto
enim illum cum fratribus. De apollo
autem fratre vobis notum facio:
quem multum rogauimus cum ut veni
ret ad vos cum fratribus: et omnino
non fuit voluntas eius ut nunc
veniret. veniet autem cum ei
tempus fuerit. Vigilate state
in fide: viriliter agite et confortamini
omnia vestra in caritate
fiant. Obsecro autem vos fratres
nostis domum stephane et for-